UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi, Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m] patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De eo, si aliquis suæ spiritales commatris filiam vxorem ducere possit. xlvi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

Visual Library

Ex cõcil. Triburi. cui interfuit rex Arnolphus, ca. 47.

QVI ſpiritalẽ compatrẽ habet, cuius filiũ de lauacro
ſacræ fontis accepit, & eius vxor cõmater nõ eſt, li-
ceat ei defuncto cõpatre ſuo eius viduã ducere in vxorẽ,
ſi nullam habent cõſanguinitatis propinquitatem. Quid
enim? Nunquid non poſſunt cõiungi, quos nulla proxim-
tas carnalis, vel in id generatio ſecernit ſpiritalis.

De eo, ſi aliquis ſuæ ſpiritalis commatris filiam vxorem ducere poßit. Cap. XLVI.

Ex eodẽ cap. 48.

ILlud etiã, nec canonica inſtitutione definimus, nec in-
troductione aliqua refutam⁹, ſed propter eos qui diuer-
ſè de eo ſentiunt, hoc loco aliquid cõmemoramus. Si quis
ſuæ ſpiritalis commatris filiam fortuitu, & ita contingẽ-
te rerũ caſu in coniugium duxerit, conſilio maturiori ſer-
uato, habeat, atque honeſtè legitimo cõiugio operam det.

De quodam, qui ſuam filiolam ſpiritalem conſtuprauit. Cap. XLVII.

Ex dialo. Gregor.

TErribile etiam quiddam in Valeriæ prouincia con-
giſſe vir vitæ venerabilis Maximianus Syracuſanus
Epiſcopus, qui diu in hac vrbe meo monaſterio præfuit,
narrare cõſueuit, dicens, Quidã curialis, illic ſacratiſſimo
Paſchali ſabbato, iuuenculam cuiuſdã filiam in baptiſma-
te ſuſcepit. Qui poſt ieiuniũ domum reuerſus, multo vi-
no inebriatus, eandem filiolam ſuam ſecum manere pe-
tiit, eamq; nocte illa, quod dicto nefas eſt, perdidit. Cumq;
mane facto ſurrexiſſet reus, cogitare cœpit, vt ad balne-
pergeret, ac ſi aqua balnei lauaret maculam peccati. Per-
xit igitur, lauit, cœpit trepidare, Eccleſiam ingredi: ſed
tanto die non ignoret, ad Eccleſiã erubeſcebat homines.
Sin verò iret, pertimeſcebat iudicium Dei. Vicit itaq; hu-
mana verecundia, perrexit ad Eccleſiã, ſed tremebũdus
pauens ſtare cœpit, atque per ſingula momenta ſuſpectus
qua hora immundo ſpiritui traderetur, & corã omni popu-
lo vexaretur Cumq; vehemẽter timeret, ei in illa Miſſarum
celebritate, quaſi aduerſè nil contigit, qui lætus exiit,
die altero Eccleſiam iam ſecurus intrauit Factumq; eſt,
per ſex cõtinuos dies lætus, ac ſecurus procederet, æſti-
quòd eius ſcelus dominus, aut non vidiſſet, aut viſum mi-
ſericorditer dimiſiſſet. Die autẽ ſeptima ſubita morte de-
functus eſt Cumq; ſepulturæ traditus fuiſſet, per longum
pus cunctis vidẽtibus de ſepulchro ipſius flamma exiit,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN